Oberitalien, 1. Hälfte 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aureos inserunt. qn̄ p̄dicti sensus sacrorum liborum preclaris suis involuti divina legere neq; cadere neq; perire neq; oblivioni tradi permittunt. Quor eni sunt sunie. rotunde sunt et aurei circuli. tantusq; circulis necesse inserere. quantus suus intellectus involuitur. Si ergo talis est intellectus qui omnis divine legis suas penetrare valeat. hic uirum necesse intelligitur qui a summo usq; ad summum p omnis tabulas inserat. Quod autem omnis tabule sunt deaurate omnis libros divine sapie et sacre luce fulgere significat. Hec ait de tabulis dicta sunt.

Et erges tabernaculum iuxta exemplum quod tibi in monte monstratum est. Quid dicit eni moyses exemplum erigendi tabernaculum qualiter tamen erigatur non dicit. Tunc eni tabernaculum erigere. qn̄ profecto omnibus secreta cede sup celos exaltabitur. Dicam tamen qualiter secundum licitam hec tabernaculum rectum fuisse putamus. Erant eni quadraginta octo tabule quibus tabernaculum claudebatur. sup quas erant cortine habente in longitudine viginti octo cubitos. Tanta igitur erat latitudo tabernaculi quanta et longitudo cortinarum. Omnis eni cortine decem erant. habebat autem una quequ in latitudine quatuor cubitos. Que simul iuncte faciunt cubitos quadraginta. Quater eni decem quadraginta fiunt. Aut igitur quadraginta cubitorum erat longitudo tabernaculi/aut decem cortinarum cubitus in posteriora pendebatur ad triginta cubitos et longitudo cortinarum habebatur. Ideo eni decem cubitos cortinarum post tergum tabernaculi pendisse puto. qn̄ decem cubitorum erat longitudo tabularum siquas cortine tendebantur. Sup cortinas autem et saga ipsica erant. quorum unus cubitus pendebat ex uno latere tabernaculi tale ex altero. Quod ideo quidem fiebat quia saga duorum quidem cubitus longiora erant q̄ cortine. Preterea si tabernaculi longitudo plus triginta cubitos erat/tabulis utq; claudi non potuit. Erant eni tabule viginti ex uno latere tabernaculi et viginti ex altero. que singule habebant in latitudine cubitum et dimidium. qui simul iuncti non fuerunt nisi cubiti triginta.

Fiaceo et velum de iacincto et purpura coccoq; bis tincto. et bisso retorta opere plumario et pulchra varietate contexetur. Quod attendes ante quatuor columpnas de lignis sethym. que ipse quidem deaurate erunt et habebunt capita aurea et bases argenteas. Inserere autem velum p circulos intra quod peneo arcam testimonii. Ex quo sanctarum et sanctarum sanctarum dividere. Hec eni velum quod positum erat inter sancta et sancta sanctorum testatur apostolo celum significat. Aut eni xps assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum. idest non huius creationis. neq; p sanguinem hyrcorum aut vitulorum. sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta sanctorum redemptione inuenta. Quod adhuc manifestius declarans ait. Non eni in manufactis sanctis ibus introivit exemplaria verorum. sed ipsum celum ut appareat nunc vultu dei pro nobis. Et iacinctum quidem in celo videmus. qn̄ in se iacinctum colorem ostendit. Purpuram etiam et coccum in stellarum fulgore quodamodo monstrat. Bissi quoq; candor aliqn̄ in luna apparet. Qn̄ pulcha autem varietate celum sit contextum ipsi nobis oculis manifestant. Ipsum tamen velum quod tabernaculum diuidebat non sine magno sacramento tanta varietate contextum fuit. Iacinctum eni velo intextus mundana despicere celestia amare et si non vere colore tamen predicabat. Purpuram uero qui videbant si tamen quod videbant intelligebant. per eam ad amorem iustitie accendebantur. Purpura eni iustitia designat. quam solis regibus indulsit licebat. Vnde et illis p sapiam dicit. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Propter quam causam et romani pontifices ea utuntur. Hoc igitur dicit purpura quibus est ius in populo facere iustitiam. Coccus enim totus sanguineus et carneus flameo colore bis tinctus ad martirium xpi provocabat. tantaq; fortitudine roborabat. ut non solum pro deo et fide tuenda verum etiam alter pro altero mori non dubitaret. Bissus uero retorta carnem affligere et corporis candorem et castitatem diligere admonebat. Erat autem hec velum opere plumario factum. quatenus terrena relinquere et ad celestia animas volare doceret. Hec igitur velum quod sic predicat sic monet sic docet sic suadet. anglica predicatione. Vnde et ante quatuor columpnas pendere dicitur.